Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



107

l deſt & poſtat & au feſt. cum autem eos docendo ad paenitentiam commiſſos prouocat. aut p paenitentib; ſupplicando gratiam eis iuſti iudicis conciliat. Facit aut hoc in munerib; & donariis quae ipſi obtulerint dno & ſcificauerint cum profructib; dignis paenitentiae. Id eſt elemoſinis caeleriſq; iuſtitiae operib; quae fecerint paenitentes ab reatu ſcelerum quae quondam patrauerant abſoluit.

Hae quidem ita gerenda inſtitutio diuina & in habitu pontificis myſtice figurauit. Et in uerbis ſacri eloquii manifeſte docuit. Sed longe alit p dolor quidam praeſulum faciunt. qui & donaria ſiue munera accipere immo & cigere uolunt a populo. & nil p iniquitatib; ei ut & poenitentur & caſtigentur ueniamq; accipiant. curant laborare cum ob hoc ſolum dona temporalia ſumere debeant a ſubditis. qd eos aeterna bona praedicando a errore correxerint. atque ad uia ueritatis deduxerint. ad imitationem primorum ſcae eccleſiae doctorum qui illis a quib; temporalia percipiebant ſubſidia confidenter dicebant. Si nos uob ſpiritalia ſemina uimus. magnum e ſi ura carnalia metamus. Uerum praeſul quiſq; ſiue miniſter uerbi ita ſolum p ſubditis efficaciter laborare. ſiue praedicando uerbum ſeu dno ſupplicando poteſt ſi animus ipſius ſemp diuini nominis ſit memoria praeditus. Apte ſubiungitur.